

**Caesari nuntiatur** Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere,

*qui* non longe a Tolosatium finibus absunt,  
*quae* civitas est in provincia.

---

**Id si fieret,**  
intellebat magno cum periculo provinciae **futurum,**

**ut** homines bellicosos,  
populi Romani inimicos,  
locis patentibus maximeque  
frumentariis finitimos haberet.

**Ob** eas causas ei munitioni,

*quam* fecerat,

T. Labienum legatum praefecit;

**ipse** in Italiam magnis itineribus **contendit** duasque  
ibi legiones **conscribit** et tres,

*quae* circum Aquileiam hiemabant,

ex hibernis educit et,

*qua* proximum iter in ulteriorem Galliam  
per Alpes erat,

**cum** his quinque legionibus ire contendit.

---

Ibi **Ceutrones et Graioceli et Caturiges** locis superioribus occupatis **itinere exercitum prohibere conantur.**

Compluribus his proeliis pulsus ab Ocelo,

**quod est** citerioris provinciae extremum,  
in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die  
septimo pervenit;

inde in Allobrogum fines,

ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum ducit.

**Hi sunt** extra provinciam trans Rhodanum primi.

### Legende

AcI

Abl. abs.

**Wichtige Wörter**

*Konnektoren*

**Subjekt**

**Prädikate**

Subjekt im Prädikat

**Bezieht sich auf conari**